

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[Explanatio In Psalmum Quadragesimumprimum]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A ne corrueatis corā inimicis uestris. Itemq; post pauca. At illi contenebrati ascenderunt in uerticē montis. Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descendit Amelechites & Chanaanæus qui habitabant in monte, & percutiens eos atq; concidens persecutus est eos usq; Horma. Mons iste, in quo Amelechites & Chanaanæus habitare dicuntur, mons Seir intelligitur, sicut in Deuteronomio scribitur. Itaq; egressus Amorraus qui habitabat in montibus, & obuiā ueniens persecutus est uos: sicut solent apes persequi, & cecidit de Seir usq; Horma. Decima tentatio, cōtinetur in eo quod ait, usq; Cades barne. Hæc tēratio fuit in Cades barne. Vnde Moyses misit exploratores ad consyderandam terram Chanaan: sicut in libro Numerorum dicitur. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte uiros qui consyderent terrā Chanaā quā daturus sum filiis Israel &c. Et paulopost, Et dixit dominus ad Moysen: Usq; quo detrahet mihi populus iste, quousq; non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis: feriam igitur eos pestilentia atq; consumam: te autem faciam in gentem magnam. Iterum post paululū, Attamen omēs homines qui uiderunt maiestatem meā & signa, quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me &c. non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum: nec quisq; ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Nec moueatur quis quod a deserto Pharā, nō de Cades barne Moyses exploratores misit. Cades em̄ barne ipsa est Pharā: quod in libro Iosue ita dicitur: Locutus est Caleph ad Iosue: Nosti quid locutus sit deus ad Moysen hominem dei de me & de te in Cades Barne. Quadraginta annorum eram quando me misit Moyses famulus domini ad terram consyderandam.

CENSURA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Apparet hoc fragmētū esse ex Homilijs alicui⁹ in Psalmos mysticos, certe nihil habet Hieronymianū.

EXPLANATIO IN PSALMVM QVADRAGESIMVMPRIMVM.

B  Mne psalterium sagaci mente perlustrans: nusq; inuenio quod filij Chore aliqd triste cantauerint. Semper in psalmis eorum læta sunt & iocunda: semper terrenis humilibusq; contemptis, cœlestia & æterna desyderant: congruētes interpretatio ni nominis sui. Siquidē Chore interpretatur caluities. Quia ergo dñs noster in loco Caluarie crucifixus est & sepultus: quicūq; in cruce eius credūt & in resurrectione, hi filij Chore, id est, filij Caluarie nominantur. Super qua Caluarie dñs noster Iesus, post resurrectionē ad cœlorum regna conscendens, irridetur a paruulis & ab incredulis Iudæorum. Sed Heliseū irridentes urfi comederunt. Hoc de titulo scriptū dixisse sufficiat: nunc ad psalmi principium reuertamur. Sicut ceruus desyderat ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus. Ceruorum natura est, ut serpentum uenena contemnant: quin potius naribus suis eos extrahunt de cauernis: ut interficiant atq; dilacerent. Cum uenenum cœperit intrinsecus æstuarē, & quis eos non possint occidere: tamen sitis ardorem & incendium tolerant: tunc illi fontes desyderant, & purissimis aquis, feruentia uenena restinguūt. Quomodo itaq; illi cerui desyderant fontes aquarū: ita illi qui de Aegypto & de sæculo recedētes interfecerunt Pharaonem in aquis suis: & omnem exercitum eius in baptismo necauerunt: post interfectionem diaboli, desyderāt fontes ecclesie, patrem & filium & spiritum sanctum. De patre quod sit fons scribitur in Hieremia: Me dimiserunt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi lacos detritos, qui non possunt aquā continere. De filio quodam in loco legimus: Dereliquerunt fontem sapientie. Porro de spiritu sancto: Qui biberit de aqua, quā ego dederō ei, fiet in eo fons aquæ salietis in uitam æternam: statim exponitur euangelista dicente: quod ex spiritu sancto sermo fuerit saluatoris. Ex quo manifestissime liquet tres in ecclesia fontes esse trinitatis mysterium. Hos desyderat anima credētis: hos desyderat anima baptizantis, & dicit: Sitiuit anima mea in deum fontem uiuum. Non em̄ leuiter uidere uoluit deum: sed toto desyderabat ardore, toto sitiuit incendio anteq; baptisma consequeretur. Loquebantur inter se inuicem atq; dicebant: Quando ueniam & apparebo ante faciem domini? Ecce fratres demum impletum est, quod petebam: Venerunt & steterunt ante faciem dei: apparuerunt ante faciem altaris, & mysterium intellexerunt. Hoc enim non merentur uidere, nisi illi qui ex conscientia, & ex imo proferunt corde memorantes: Fuerunt mihi

C lachrymæ meæ panes die ac nocte. Per omnem enim quadragessimam uacauerūt orationi atq; ieiunio: in sacco & cinere dormierunt, futuram uitam peccatorum suorum confessione querentes. Sed quia fuderūt lachrymas & fuerūt tristes, dicitur eis: Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. Et, beati lugentes, quoniam ipsi consolabūtur. Pro quibus uniuersis, cum illis diabolus insultaret & diceret: Vbi est deus tuus? admissi & in uitali fonte renati, confidenter loquuntur: Transibo in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domum dei. Domus dei ecclesia est: hoc est admirabile tabernaculum: quia habitat in eo uox exultationis & confessionis & sonus epulantis. Gaudent quippe sub fide & consecutione uitæ æternæ, quā fratres nostri, nūc accipere meruerūt, ut angeli in cœlis omnesq; uirtutes. Si enim super uno peccatore agente penitentia: & in una ouicula morbida quæ pastoris humeris est recepta, gaudet angeli atq; letant: quātomagis in tot fratribus in tali gurgite renatis atq; mundatis, uniuersa exultant regna cœlorū, uidentia hoies ueteri peccatorū labe purgatos suo incolatui præparari: Discite ergo q Chri stū nūc induti estis, & ductum nostrū sequentes, quasi pisciculus hamo: ita sermone dei de gurgite sæculi istius subleuamini: in nobis rerum natura mutata est. Pisces enim qui de mari extracti fuerint moriuntur. Nos autem ideo apostoli de mundi istius mari extraxerūt atq; piscati sunt: ut uiui ex mortuis fieremus. Quādiu eramus in hoc sæculo, oculi nostri in profundo, & uita nostra uersabatur in cœno: postq; de fluctibus erepti sumus, cœpimus solē uidere, cœpimus uerū lumen aspicere, & præ nimio gaudio conturbati, ad animam nostrā dicimus: Spera in deo, quoniam confitebor illi: salutare uultus mei & deus meus. Et deinceps. Propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonim a mōte modico. Abyssus abyssum inuocat. Et nos de terra Iordanis, id est, de flumine ubi dñs baptizatus est, & Hermonim: hoc est de sæculi huius maledictione, quoniam Hermon interpretatur anathema, & de mōte modico huius mūdi: quāuis enim aliquis sanctus sit: dum in isto uersatur sæculo, non est in monte grandi atq; sublimi: sed in mōte modico atq; humili, clamamus ad dominum, & profundum ipsius scripturarum sensum de alijs scripturarum testimonijs interpretamur. Quicquid in absconso ueteris testamenti nō possumus inuenire, hoc de absconso noui testamenti soluimus in uoce cataractarum dei, hoc est prophetarum ipsius & apostolorū. Omnia excelsa domini, & fluctus ipsius, & impetus fluminis qui latificant ciuitatem dei, super nos transierunt in Christo Iesu, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum: Amen.

CENSURA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eiusdem est farina, cum homilia quæ proxime præcessit, & eundē sapit authorem.

EXPLANATIO IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVMSEPTIMVM.



Nomni psalmo dominus noster Iesus Christus prophetatur atq; canitur. Si quidem ipse habet clauem Dauid, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit: Sed præcipue in centesimo decimo septimo psalmo, qui nūc psallendo lectus est, resurrectionis mysterium prædicatur. Hic enim psalmus, in quo a spiritu sancto præsignati uocantur ad confitendum domino in laude: uel ad confessionē gentium ueri Israelitæ in penitentia ueri sacerdotis Aaron domus, quod est in ecclesia: siue generaliter omnes timentes deum recte pro tantis muneribus pietatis patris qui filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum, a confessione incipitur. Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Quis enim nostrum poterit esse considerans ea, quæ in eo quotidie exultans canit ecclesia: hoc est passionem domini saluatoris, resurrectionem siue ascensionem: & nō magis erumpat in uoce, compos illorum paruulorum effectus, domino cum ramis & palmis exultantium. O domine saluos nos fac, o domine bene prosperare. Vnde & ipse uictor ad patrem ascendens imperat angelis, dicens: Aperite mihi portas iusticiæ: & ingressus in eas confitebor domino. Hæ sunt portæ, de quibus in uicesimo tertio psalmo inter se inuicem angeli loquebantur ingressum domino præparantes. Leuate portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Sed pulchre leuari iubentur portæ, & in sublime erigi. Si quidē iuxta dispensationem carnis & mysteriū & uictoriam crucis, maior regreditur ad cœlos q̄ ad terras uenerat.